Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

59) Evagrius l. 4, c. ~~43~~ 40. Ad hunc annum Utilonis mortem scribunt en Annalibus domesticis Brunerus l. 4, et Bro Adelzreiter p. I, l. 6 Annal. Boic.

60) Paulus Diaconus l. 2, c. ~~ad fegg~~ 5 – 31.

61) Paulus Diaconus l. 2, c. 32. Item l. 3, c. 9.

62) Acta Synodi Gradensis apud Rosetinum Annal. Sabion. Sec. VI, § 23; ubi inter subscriptos: Marcianus Presbyter, bonum faciens viri beatissimi Ingenuini Episcopi sancta Ecclesia secunda Retia his gestis subscripsi. Agnellus Episcopus sancta ecclesia Tridentina perveniens his gestis subscripsi. etc. Advertendum hic, Re-

L tiam secundam non eo sensu accipe, quo eam describit C. VI, Addit. 18. Postquam enim S. Valentinus, qui adhuc Rhetiarum Episcopus appellatur, Curiae statuisset Episcopum Retiae I S. Asimonem; exinde Episcopi Sabiana in Retia orientali existentes dici ~~&~~ caperunt Episcopi Retiae II, tum ad distinctionem a Curiensibus, tum ob amplitudinem hujus diaecesis usque in Retiam campestre et Boiam latissime excurrentis.

63) Epistolae Pelagii II ad Episcopos Istriae exstant apud Baronium Annal. ad an. 586 § 29 et sqq. Paulus Diaconus l. 3, c. 14. ~~libello ad Imperatorem~~ De legatis ad Imperatorem missis ad conquerendum contra Smaragdum testatur libellus fragilem eorundem Episcoporum Istriae de anno 591: quem recitat Rosetinus Annal. Sab. Sec. VI, § 32. Inter subscriptos primus est Ingenuinus Episcopus Sanctae Ecclesiae secundae Retiae. De electione Authari in Regem Longobardorum Paulus Diaconus l. 3, c. 8.

64) Paulus Diaconus l. 3, c. 27. Qui tamen falso sibi persuasum habebat, Romanam Ecclesiam aegre ac Episcopi Istriensis tria capitulorum damnatores fuisse aversatam: hinc ait, Joannem Ravennatem, eorumdem capitulorum damnatorem sub Vigilio vel Pelagio a Romana Ecclesia societate descivisse. Vid. Baronius ad an. 556 § 858.

T (aliqui Codices habent: Clarissimus de Concordia)

L -- Nomina autem castrorum, quae diruerunt territorio Tridentino, ista sunt: Tesana, Maletum, Semiana, Appianum, Fatigana, Cimbra, Vitianum, Prentonium, Volenes, Ennemase, et duo in Atesuca, et unum in Verona. Haec omnia castra cum diruta essent a Francis, cives universi abducti sunt captivi. Pro Ferruge vero castro, intercedentibus Episcopis Ingenuino de Sabione, et Agnello de Tridentino, data est redemptio, pro capite unius cujusque viri solidi lexcenti; ~~Indeca Francorum exercit~~

65) Paulus Diaconus l. 3, c. 27 et sqq. Facta est Synodus decem Episcoporum in Mariano, ubi recepit Severum Patriarcham Aquilejensem, dantem libellum erroris sui, quia tum capitulorum damnatoribus communicarat Ravenna. Nomina vero Episcoporum, qui se ab hoc schismate (erat Paulus, dum putat damnatores capitulorum fuisse schismaticos) cohibuerunt, haec sunt: Petrus de Altino clarissimus, Ingenuinus de Sabione, Agnellus Tridentinus, Junior Veronensis, Petronius Vicentinus, Justinus de Tarvisio, Fontejus Feltrinus, Agnellus de Asilio, Laurentius Belunensis.

66) Paulus Diaconus l. 3, c. 31; ~~et 23~~.

67) Paulus Diaconus l. 3, c. 23. ~~Gregorius Turon. Hist. l. 10, c. 1~~ Gregorius M. Dial. l. 3, c. 19.

68) Paulus Diaconus l. 3, c. 32: Childebertus iterato in Italiam exercitum Francorum cum viginti Ducibus ad debellandam Longobardorum gentem direxit; e quibus duobus Andoaldus et Olo et Cedinus eminentiores fuerunt. Cedinus cum tredecim Ducibus Lavam Italiae (nempe per Rogariam) ingressus, quinque castella cepit, a quibus etiam sacramenta exegit. L Vid. Brunner Ann. l. 4; et Stifelderiter